



Universitätsbibliothek Paderborn

**Decretvm Vt omnes Regularium Superiores suos subditos,
& Religiosos persaepe commoneant de iniuncta omnibus
obseruantia, & executione Apostolicarum Constitutionum,
& Decretorum ad Officium ...**

Urban <VIII., Papst>

[Romae], 1645

XI. Contra impediētes Inquisitores haereticae prauitatis in eorum officio,
aut in causis, Inquisitionis se ingerentes. Et contra ipsos Inquisitores,
admittentes laicos ad criminis haeresis ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-10826

Sequuntur Constitutiones relatæ in
suprascripto Decreto.

X I.

Contra impediētes Inquisitores hæreticæ prauitatis in eorum officio, aut in causis Inquisitionis se ingerentes. Et contra ipsos Inquisitores, admittentes laicos ad criminis hæresis cognitionem.

I V L I V S E P I S C O P V S An. 1551.

Seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Licet à diuersis Romanis Pôtificibus prædecessoribus nostris, etiam per speciales constitutiones in corpore iuris insertas, fuerit rite & salubriter sancitum atque decretum, vt sæculi potestates, & Domini temporales, ac prouinciarum, ciuitatum, terrarum, & locorū quorumcunque rectores, quibuscumque dignitatibus vel officijs, aut nominibus censeantur, diœcesanis Episcopis, & inquisitoribus hæreticæ prauitatis in ipso inquisitionis negocio faueant & assistāt, nemoq. ex prædictis potestatibus, dominis & rectoribus, eorumq. officialibus de crimine hæresis, cum mere sit ecclesiasticum, quoquo modo cognoscat vel iudicet, neque diœcesano Episcopo, vel

Inquisitores à multis impediēbantur in eorum officijs sub varijs pretextibus.

In-

Inquisitori ipsius inquisitionis negotio incumbenti se opponere, aut ipsum aliquatenus impedire, vel impediendis auxilium, aut fauorem scienter dare audeat, perpetuæ damnationis sententia in eos qui contra prædicta fecerint promulgata, quam si per annum animo sustinuerit pertinaci, ex tunc velut hæretici condemnentur: vsque adeo tamen in omnibus fere, non solum Italiae, verum etiam alijs prouincijs, ciuitatibus, terris, & locis, complurium laicorum, vt accepimus mundanæ gloriæ processit ambitio, vel sacrorum Canonũ inscitia, vel ecclesiasticæ disciplinæ contemptus, vt in animarum suarum perniciem, atque interitum, diocesanos Episcopos & Inquisitores à Sede Apostolica institutos inquisitionis officium exercètes, alij sub iustitiæ prætextu, ne vlli scilicet fiat iniuria, impedire, alij vero sub pietatis colore, vt fontes scilicet seuerius puniantur, se ipsis diocesanis Episcopis & Inquisitoribus adiungere, & vna cum eis de ipso hæresis crimine cognoscere, processus formare, formatosque suo iudicio submittere non erubescant.

Papifex ideo præcipit, vt nemo impediat Inquisitores in negotio Inqui-

S. I. Cui sane morbo iam nimis late progredienti, solitam ac salutarem Ecclesiæ medicinam pro nostra pastorali sollicitudine afferre cupientes, sæculi potestati

testa-

testates, dominos temporales, ac prouin-
 ciarum, ciuitatū, terrarum, & locorū re-
 ctōres supradictos, necnon quascunque
 alias seculares personas, tam priuatas
 quam publico quouis munere fungen-
 tes, requirimus & monemus, ac eius IESU
 CHRISTI Redemptoris nostri (cuius
 vices, licet immeriti, gerimus in ter-
 ris) nomine præcipimus, ne diæcesanos
 Episcopos, & Inquisitores ipsos in suo
 inquisitionis negocio, vllō modo impe-
 diant, seu perturbent, neque se in hæresis
 crimine cognoscendo, vel iudicādo, quo-
 uis, etiam assistentiæ & fauoris, colore,
 causa, vel occasione (nisi quatenus ab
 ipsis diæcesanis Episcopis, aut Inquisito-
 ribus, spontanea & libera eorum volun-
 tate fuerint requisiti) se ingerant, ordi-
 nationes, prouisiones & leges quascun-
 que, de ipsius criminis cognitione latis
 sacris canonibus obsistentes, & Eccle-
 siasticam iurisdictionem impediētes si-
 ne mora abrogent & deleant, prout etiā
 nos eas omnes inualidas fuisse & esse,
 decernimus & declaramus, ac ex nunc
 pro abrogatis & deletis haberi volumus
 & mandamus.

¶ 2. Qui monitis his nostris non ob-
 temperauerint, quiue scienter in prædi-
 ctis consilium, auxilium, aut fauorem
 dederint, nouerint se, non solum per fa-
 cras

fictionis, nec
 se ingerat in
 cognoscen.
 crimine hæ-
 resis nisi ab
 Inquisitori-
 bus requisi-
 tus.

Inobediēti-
 busq; & eorū
 fautorib; pœ-
 nas hic ex-
 pressas impo-
 nit.

non aliquid
 in regno
 religionis
 ad iustitiam
 etiam est
 in iustitia
 etiam est
 in iustitia

cras dictorum prædecessorum nostrorū constitutiones, verum etiā per hanc nostram sanctionem siue sententiam & declarationem perpetuo duraturam (quam auctoritate Omnipotentis DEI, ac beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac nostra in ipsos non obtemperantes, quacunq; illi præfulgeant dignitate, in his scriptis proferimus) communione fidelium, & omnium ecclesiasticorum sacramentorum perceptione priuatos, ac maledictionis, ac execrationis æternæ vinculo ligatos, anathematisq; & maioris excōmunicationis mucrone percussos, ita vt nemo vnquam in præmissis delinquēs, nisi à nobis & successoribus nostris canonicè intrantibus, etiam prætextu quarumcunq; facultatum, concessionum & gratiarum, etiam confessionaliū nuncupatarum, etiam à nobis & d. Sede hæctenus emanatarum, vel in posterum emanandarum, specificam & expressam, ac alias quam per verba generalia, de præsentibus nostris litteris mentionem non facientium, præterquam in mortis discrimine, absolui possit.

Inquisitorib.
 etiam easdē
 pœnas infligit
 laicos cognoscere de
 crimine hæresis.

§. 3. Quibus etiam censuris ipsos diocesanos Episcopos, & Inquisitores subiacere volumus, si laicos secum quomocunq; de ipso crimine cognoscere, aut iudicare permiserint.

§. 4. Ut autem præmissa omnia, ad eorum, quorum interest, notitiam deducantur, nullusque de eis ignorantiam iuste prætere possit; volumus & Apostolica auctoritate decernimus, quòd præsentès litteræ per aliquos Cursores nostros, aut Notarios publicos in Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Ecclesiæ Lateranen. ac Cancellariæ Apostolicæ valuis, ne non acie Campi Floræ, vt moris est, publicentur, earum exemplo in lingulis valuis & acie huiusmodi affixo & dimisso. Nulli ergo &c.

Iussio publicandi hanc bullam.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, quintodecimo Calend. Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

D. P. Ann. 2.
18. Martij.

2. Lecta & publicata fuit die Veneris sancti in Capella Sanctitatis suæ, dum diuina celebrarentur officia.

Publicatio.

Anno Domini 1551. indiotione nona, die vero 24. mensis Martij, Pontificatus S. D. N. Iulij diuina prouidentia Papæ III. anno eius secundo. Retroscripte littere affixæ & publicatæ fuerunt in valuis seu portis Principis Apostolorum de Vrbe, & sancti Ioannis Lateranen. & Cancellariæ Apostolicæ, ne-

B

non

non in acie Campi Floræ, dimissis copijs per nos Petrum Gomez Freyle, & Francis. u. Muños, S.D.N. Papæ Curs. Ita est. Petrus Gomez Freyle Cursor, manu propria.

Ita est. Franciscus Muños Cursor, manu propria.

Petrus Leobodie Magister Cursorum.

L X X X I I.

Contra offendentes statum, res, & personas sanctissimi Officij Inquisitionis hereticæ prauitatis, eorumq. filios, nec non complices, & fautores.

Edita Au.D.
1569.

P I V S E P I S C O P V S
Serruus Serruorum Dei. *Ad perpetuam rei memoriam.*

Forma publicandi.

SI de protegendis cæteris omnibus Ecclesiæ ministris, quos in fidem & cliētelam nostram à Domino recepimus, cura nobis quotidiana infidet; quāto maiore studio eam nos sollicitudinem capessere necesse est, vt qui in sacro Inquisitionis hereticæ prauitatis officio versantur, sub tutela inuiolatæ auctoritatis huius Sedis periculorum omnium expertes, quæ-